2069. 1316 d. 16 Oct. Säckestad.

Biskop Brynolf i Skara vidimerar Marsken Thorkel Knutssons och Lagmannen i Wermland Knuts pantförskrifning af gods i Westergötland till Biskop Isar och domkyrkan i Strengnäs, af d. 14 Dec. 1304.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Brýniulphus dei gracia scarensis Episcopus. Salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod nos litteras nobilium militum dominorum, thýrgilli knuzson illustris Regis swecie quondam marscalci, et kanuti quondam legiferi wermælandie, non rasas, non abolitas, nec cancellatas, seu in aliqua sui parte viciatas, sub veris et saluis sigillis eorum, vidimus et diligenter perlegimus in hunc modum. Vniuersis presentes litteras &c. *Se föreg. N.* 1447 *). Jn cuius rei testimonium secretum nostrum, quia sigillum nostrum penes nos non habuimus presentibus est appensum. Datum sæckistadhum, anno eiusdem .M°. CCC°. XVI°. sabbato proximo ante diem beati luce ewangeliste.

På frånsidan: Obligacio facta ecclesie strengenensi de quodam mutuo.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

2070. 1316 d. 26. Oct. Avignon.

Påfven Johannes XXII underrättar utvalde Ärkebiskopen i Upsala Olof, att Kanikerne Thuko af Låland och Nils Sigvastsson fått uppdrag att öfverföra hans pallium till Ärkebiskopen i Lund, hvilken derefter skall i Åhus slott öfverlemna det till Olof och mottaga hans trohetsed, utan att härigenom något förändras i de äldre stadgarne om Lunds domkyrkas primatsrätt.

Fredenheims afskr. ur Påfl. Arch. i Rom. 2: 1 **).

Johannes &c. Dilecto filio Olauo Electo Vpsalensi Salutem &c. Nuper dilecti filii Tucho de la Landia [ɔ: Lalandia] Lundensis et Nicolaus Sigwasti Vpsalensis Ecclesiarum Canonici, ac earundem Ecclesiarum Procuratores et Nuncii ad petendum pro te palleum, quod est insigne Pontificalis officii ad Sedem Apostolicam destinati, ac proponentes in nostra, et Fratrum nostrorum presencia, quod iuxta privilegia felicis recordacionis Adriani Pape IIII. et Jnnocencii III. Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum pro impe-

*) De derstädes förekommande lakuner böra sålunda fyllas: auctoritatem — argentum supradictum — prout sue placuerit voluntati — Datum anno domini.

**) Ex Registro Litterar. Apostolicarum Joh. P. P. XXII. An. Primo P. 2. Ep. 1000.